nium negotium hoc Deo oratione comendave=
rit (v. 12.) Domus et divitiae dantur a paren=
tib, a Dño autem proprie uxor prudens, ait
Sapiens Proverb. xix. 14. Quare etsi 1000 annis
uxorem quaeras, et negligas hoc fundamentū,
non invenias bonam. Absq hoc, quidam post
absol. Theolog. 3, 4, 5, annis insumunt, et tan=
dem incident in Xantippen pejorem Socratis.
Intelligite profundius: uxorem tam bonam quā
malam a Dno dari, et non pendere ab indu=
stria nostrae electionis. Quoad bonam, dicit Sp.
S. ЖЕНА ДОБР.. БОДЕТЪ. fol. praeced. A, quoad
malam: ЖЕВІИ ГРѢШ.. НТО, fol. praec. B. Igi=
tur nunc antequam ducatis, comendate vos
Dno vita immaculata, per custodiam castitatis;
si enim per mulierem quis modo peccavent,
per eandem olim punitur. — Ad 2. seu quid

+ Дóмъ и имѣ́нїе раздѣля́ютъ Ѻ҃ци ча́дѡмъ,
а Г҃да же сочетава́ется жена̀ мꙋ́жеви.

non attenderit Eliezer: non oravit ad Dnum,
quaecumq erit pulchrior, aut ditior. Licet
enim Scriptura dicat Rebeccam fuisse Vir-
ginem pulcherrimam et de domo divit,
tamen Eliezer haec non quaesivit. Plures
ho: attenduit, et etiam anne pnchre canat,
instrumenta pulset, saltet. Verumtamen
dicit Scriptura: „Multae filiae congrega-
verunt divitias, „Tu supergressa es univer-
sas: fallax gratia et vana est
pulchritudo, mulier timens Dnum, ipsa
laudabitur". Ꝛ.Ꝛ.Ꝛ.Ꝛ. Speciatim quoad pulchri
tudinem,: "Antisthenes adolescenti consu"
lenti, cujusmodi uxorem duceret, respon„
dit: „Si formosam duxeris habebis com„
munem, si deformem habebis poenam"
Graece est allusio inter κοινὴν et ποινήν.
Suadebat ergo, media stataq forma du-
cendam, quae nec fastidium moveret viro,
nec adulteroz oculos in se provocaret. Quo„
ad divitias non eas curetis, quia si bene elege„
ritis, ipsa uxor erit vobis divitiaq meliores: Pro„
cul et de ultimis finite precium ejus. Si ita„
men prudenter aestimaveritis, tum ad vestra„
tum ad vestras uxoris bonum requiri certa
dotem, ut eadem honeste sustentetur, tunc

Z 736

pactum rite facere potestis. Sed inquid, ego
habeo debita: debita ergo non necessaria mo
do non faciatis, quia cum futuro vestro so
ro difficile erit ea solvere dissensiones cre
abitis in familia, qbus nil perniciosius.
Ad 3: ad quid attenderis. Ad duo: ut sit
робóта et оүслáжна. Opus enim servile exer
cebat, et etiam non rogata, decem imanes
camelos ventres crebris haustibus laborio
sis implevit. O charitatem admirabilem
quae est vinculum perfectionis! sub hac
virtute comprehenduntur omnes. Tali tu
eges; quae scil. sit Господинѫ, non que va
leat tangere Pianoforte, canere, saltare,
sed quas valide applicare brachia labo
rib. domestic; foemine; dum tu exaltera
parte qua Господарь viribus. Оуслáжнам tamen experimini non in vestra pre
senta, nam potent hoc praestare intuitu
conjugii decum ineundi; hac enim occasione
чи чювáте чи не чювáте, ex aequo sub cul
trum ibit, sed de longe et per alios explo
rate. Si ergo talem elegeritis beati, secus
miseri.

Concl.

Obj. Tu dixisti, bono vivo a Dño dari uxo

rem bonam, malo malam, qd non videtur verum,
nam Job et Tobias erant optimi et ssmi, attamen
habuerunt uxores nequam. Resp. Haec est exceptio.
Si enim aliquis vestrum fuerit similis in sancti-
tate his viris, habebit similiter a Dño uxorem
nequam; tantis enim animab Ds id facit ad
probationem, non ad punitionem. An autem ad pro=
bationem an punitionem alicui vestrum dabit uxo=
rem nequam, hoc vobis signum do: si tunc mur=
muraveritis contra Dnum, tunc ad punitionem,
si patienter toleraveritis, tunc ad probationem.
Nam et Socrates suam sibi Xantippen ad proba
tionem et exercitium patientiae utilem fatebā=
tur, cujus exemplum urget Chrus, quiq rogatus
quomodo mores uxoris pravae et temulentae to=
leraret, respondit „ut gymnasium, palaestram
philosophiae (. patientiae.) domi habeam. Ero enim
cum aliis mansuetus, cum in ea quotidie toleran=
da erudior" ap. Lp. t. 19. part. 1. p. 349. l. A. Ha=
bebat autem uxorem rixosam quae semper jurgia
excitabat, ut illo studente, mensam everteret. A=
liquando post diuturna jurgia ira comota, quod
illetaceret, aquae poculum capiti ejus illa super=
fudit. Ad quem Alcibiades dominobilis: Quomo=
do pefers hanc rixosam uxorem, nec domo eji=
cis? Cui Socrates: qui ovis vesci vult, glacitan=
tium gallinarum strepitu offendi non debet. E=

quidem sic domi patientiam disco, ut foris me-
lius exercere queam." Sta Laertius in ejus vita,
et A. Gellius lib. I. cap. 17. Varro quoq in Satyra
Menippaea quam de officio mariti scripsit: Vi-
tium, inquit, uxoris aut tollendum aut ferendum.
Qui tollit vitium, uxorem comodiorem praestat,
qui fert, sese meliorem facit. Quicumque ergo,
(monet a Lp. Ephes. IV. in fine), elegisti uxorem,
et rixosam experiris, mulierem cogita, Xantip-
pen cogita: tu Socrates esto, imo Chs esto, cogi-
ta te habere domesticum patientiae exercitiū,
ut discas alia quaevis facilius perferre et supe-
rare. Multi cruces foris quaerunt, tu domi ha-
bes, illa te docebit patientiam: patientia autem
opus perfectum habet, ut ait S. Jacobus. (Hue
Chmus ap. Lp. t. 19. part. I. p. 348. 2 CD. Sed hoc
qd habet Conclusio, foris separatam πραγματειαν con-
stituat. Quoad modum ferendi uxorem Chmus
ap. Lp. in I. Petr. III. 7. t. 19. I. pg. 348. 2. C.
Patienter ergo ferendae uxores, sed non
danda potestas est ei super ipso. Eccli.
IX. 2. Cato senior: "Omnes homines uxorib domi-
nantur, nos omnib hominib, nobis autem
uxores" Lp. t. IX. p. 316. 2. A. – Concl. hujus 2di
sermonis: Quandonam ineunda alumno spo-
salia.)

# 49. Vir quomodo erga Uxorem.

## Exord.

Allegoria nuptiar Isacci, contracte ex Lp. p. 276. Fige animos in tò In tantum dilexit eam. Ex quo Aplus: Viri dilig.. Eccl am. Non enim solum nuptiae Isaac sed et vestrae figura sunt nupti: ar Chi: Sacramentum hoc ... Eccl am. Ergo erga uxorem propriam, et modus comportandi se cũ ea esto subjectum hodier. paraeneseos.

## Corp.

Positive: ut amemus et foveamus eam tamquã propr. carnem.

Negat: ne oderimus eam, ex Chmo citato hic retro p. 343.D.

Ex modo creationi primae uxori erut S. Th. modũ quo vir eam tractare debeat. Gen. 2.21 ... S. Lp. t. 1. p. 100. 1. D.

## Conclus.

Cum allegoria coepi et cũ allg. concludo sermonem. Allegoria formationi Hevae, Lp. Jo. ff 1. 33. pg. 673. 1. D.

Chs sponsus Eccliae universali, omni saeculari, supremus; vos futuri Sacerdotes sponsi Eccliae singulae vobis olim copulandae, quas affectu Chi diligere debebitis, non considerantes qd fideles illi rudib. sint cooperti panniis; subtus latent inaestimab. thesauri gratiae, filios Dei revelandae gloriae pignus.

# 50. Παιδαγωγία.

## Exordium.

D. N. postquam disseruisset de Conjugio ac celibatu, oblati fuerunt ei parvuli, ut eos benediceret et imponeret eis manus. Mt. XIX. 13. Apli autem comminabantur eis. Cur? Qd Chm rebus majoribus, puta viris docendis adeo occupatum, ad parvulos, usu rationis carentes, avocarent, quasi vile et indignum Cho Santo prophetae esset cum pueris agere. Ita Chmus, Theophylactus, Euthymius aliiq; apud Lp. Verum Dnus ad eos ait: Sinite parv.. coelorum - Et alibi: Nolite contem... coelis. — Ego etiam postquam disseruissem vobis de Caelibatu et Conjugio, intendo vobis hodie loqui de educatione filiorum quod Dnus daturus est vobis. Etsi autem Dnus daturus sit eos vobis, non ita tamen ut sint magis vestri quam ejus, imo incomparabiliter magis ejus quam vestri. Nescio qualiter in ut. m. app — neq enim ego sp. et animam don. v. et vitam, et sing. membra ego non ipsa compegi, Sed enim mundi creator qui formavit hominis nativitatem Solomonia lib. II. Machab. VII. 22. 23. Erunt igitur filii vestri proprietas Dei pretiosa munienda custodia angelor ejus videntium semper faciem ejus, vestra autem non proprietas sed solu depositum Dei, de quo in die judicii severissimam rationem sit exacturus a vobis. Quare opus est ut vos eos rite educetis. Adque finem ostendam vobis hodie duo: 1. Quanti momē

ti sit recta institutio adeneris annis; 2. Quomodo
pieri debeat.

C o r p.

Prob. 1. Ex sent. gentilium: Plat: „Qualis in arbusculis
plantandis et formandis, talis et in liberis gigne=
dis instituendisq cura esse debet; sed hic labor
est, illic voluptas. Cavendum autem ne in hac so„
piti, in illa vero plusquam vigiles esse videamur.
Lp. Exod. II. 10. pg. 463. E D. — Valerius Maximus„
refert Corneliam Gracchi matrem, cum matro„
na quaedam suas ei gemmas, monilia et torques
magnifice ostentaret, expectasse donec filii domu
redirent: quo redeuntes, matremq magna cum
reverentia, modestia et verecundia salutantes,
ipsam matronae ostentantem: Hi, ait, sunt gem=
mae meae, torques et monilia„ mea
2. Ex rat: quia prouti primo instituti fuerint, ta=
les et permanent: „Proverbium est: Adolescens ju=
xta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab
ea. Prov. KB. 6. (. Graeca edit. Rom. et nra Slavica
carent hoc v.); et Job. K: Ossa ejus implebuntur„
vitiis adolescentiae ejus, et cum ipso in pulvere
dormient. — et quia ut Zeuxis pingere debet; ae=
ternitati. Miscell. tua n. 96. „Quid majus quam
animis moderari, quam adolescentulos fingere me„
res? Omni certe pictore, omni certe statuario, cae=
teris q tujusmodi omnib. excellentiorem hunc du„

co, qui juvenum animos fingere non ignoret. Chry-
stom. Homil. 60. in Mt. Si diceremus alicui matri le-
nentem infantulum in ulnis: Cave, Dna, iste lenel-
lus aut splendor erit aeternus paradisi, aut carbo
aeternus inferni. Nunc igitur collige pondus quo-
modo eum instituat.

D. 2. seu Mod: 1. Oratione. Saepe parentes maxime
solliciti sunt circa filios, nullis parcentes expen-
sis, et dein amaritudines ex ipsis deglutiunt, eo qd
orare negligant. Sacerdos pro alijs celebrat missas,
aliasq functiones, et pro filijs suis nihil. Job quo-
tidie offerebat etc. —
Verbo: Plato lib. 10. de Republ. et Cicero lib. 1. de
natura Deor docent, nos cum lacte matris su-
gere Dei cognitionem et laudem. Lp. Mt. p. 516. 1.
C. Particularia quatuor, Lp. Proverb. Sal. XB. 6. t. 6.
p. 118. 2. C. Tobias, A. Blancha mater s. Ludovicii
docuit puerum potius mori quam in peccatum con-
sentire lethale. Tobias IV: Cave ne aliquando pec-
cato consentias: multa bona habebimus, si timue-
rimus Deum ait ad filium suum.
Opere: Puniendo malum: Virga discipl. fugabile ea.
Bonis directorib. committendo eos, maxime in civitatib.
studiorij ubi corruptela quovis gressu, licet et do-
mi vestras servi eos corrumpere possunt. Pecunia
ejus ad manus neq frequentem neq multam dando.
Exempl: Ex Aeliano Macarey sacerd. gent. occi-
dens aliquem coram duob. filijs, Miscel. tua 68. Simile Neapoli.

+ Oratione, Verbo, Opere, Exemplo.
1. 3. 4. 2.

Concl.

A contactu malor exemplo tui pueri.

## 51. Catholicism. et Nationitas.

in Mnps 1887. n. 32. pg. 1. col. 4. C.
Tom. vel. p. 138.

## 52. Peccatum Polonor in Unionē.

Exord.

Succincte Vita Meletii Smotr. ex Saulo p. 13. 154, 174, ex Docum. Collegii p. 260. Haec praemisi ut sciatis ex quo fonte desumo quae mox dicturus sum. Sunt inter nos qui judicant Polonos peccatū in eo fuisse qd schismaticos fuerint persecuti, ed coegerint ad Unionem ob fines suos politicos. Hodie tamen ostendam fuisse in eo qd Unionem neglexerint, nimis largam libertatem concesserint schismaticis, et quidam in damnum Unitor.

Corp.

Consiliū 1ū Eplae Smotriscii praecedunt quaedam de laborib. unitor ac favore schismaticor a Polonis. Saulī pg. 172, 174. – S. Josaphat, Vita Suszae pg. 69 A. et Contieri p. 293, 295. – Rutski, Documentor Collegii p. 155

Conclus.

Quid de postrema cura plurium Polonor circa Collegiū Ruthen. ap. Cognem de Resurr. Leopoli. Pendet ab intentione qua id faciant. Bene qd sub inspectione Pont. Mx.

# 53. Quomodo in futur: felices.

Exord.

Quid facturus sum ut postea in meo munere felix sim? Primo scias de hic in terris plene felicem esse non posse. in exilio enim vivimus aliqualem tamen felicitatem et benedictionem a Dno etiam hic expectare possumus. Quomodo hoc habere possis, hodie indicabo.

Corp:

Tu futurus es Γοσπόδαρ, Paterfamilias, Pastor animar. Secundum haec tria quomodo degeras ut habeas jucunditatem accipe.

Γοσποδαρ: Repraesentetur Parochus circumdatus famulis, animalibus, provisus horto flor. et fructuum, pomario, alveari, campis. Imago Dei. Quid est homo qd... maris. Nondum tamen beatus, nisi ex omnib. istis eleves te ad cognoscendam providentiam Dei circa te, et ex singulis istis erucas doctrinam moralem pro te. Innue quid: ex famulis (i. quomodo eos tractes) ex animalib. cane, jumentis, apibus, floribus.

Pater Famil: Habebis uxorem, filios: Si bona, beatus: Mulieris bonae beatus vir: extu nunc eam tibi talem a Dno exposce. Filios sanos cupis? ex nunc fuge venenum peccati carn. Uxoris luxuriosae desideria moderare, modestas necessitates explora, liberos dang flores proetiolis. praeoculis semper habeto, a contagio famulos et extraneos custo-

di. Precib. et sacrificiij munito. Saepe genitores expensas magnas et curas pro filiij subibent, iidamen vel aegroti vel imorigeri et pigri inveniuntur, quia hoc caeleste elementum negligut. Uxor tua tamquam vitj.. filiitui. Psal. pk3.

Pastor animaz: Concordia cum paroeciamj. Non domin. in clerij.. animo. 1 Petr. non tamen ita ut relicead vitia. Potentia vivę vocej, praedicationij, catechiz. Functionum gravitas, et exactitudo. Benevolentia efficax tamquam in filios futuros olim corona maz beatitatij in coelo, maxime erga pauperiores, viduas, pupillos.

Conclus:

In his omnib. poterij prosperari, nondamen sine labore et offendiculij, ne obliviscarij exilii tui et patriaz coelestij. Uti omnes Dnus benedicat ideo in terrij, ut et habeatij bonastemporalia et non amittatij aeterna, Jerusalem coelestij: ΔΑ ΕΠΙΤΟΔΙΟ ΜΝΕΣΤΑ... ΤΒΟΕΓΟ: psal. 127.

# 54. Medium bene loquendi.

Exord.

Scitum est illud Anacharsij, qui rogatus quid esset in homine pessimum, et quid optimum, respondit: lingua. Haec enim utilissima est si recta ratione gubernetur, pestilentissima vero si secus. Lp. t. 18. p. 670, 2. C. Hinc lingua a Nazianzeno Tractatu de Silentio vocatur ἀδάμαστος, ἀχάλινος, ἄθεσμος: Hoc consonat Jacob. t. 7. 8. 9. 10. ΒΣΑΚΟ ΓΟ ΕΣΤΕΣΤΒΟ

Mt. xii. 36

звѣрей же и птицъ, гадъ же и рыбъ оукро-
щается и оукротится естествомъ человѣ-
ческимъ, языка же никтоже можетъ ѿ-
человѣкъ оукротити, не оудержимо бо зло,
исполнь ѧда смертоносна. Тѣмъ благосло-
вляемъ Бга и Ѻца, и тѣмъ клянемъ челo-
вѣкы бывшыѧ по подобїю Бжїю. Quin
imo, ad hanc malitiam lingua pertingit ut
etiam Dei majestatem blasphemare non hor-
reat, qd in Italia, Gallia et Hungaria non ta
to audire licet, in his autem nostris regionib.
maledicta, ubiq autem terras perjuria, men
dacia, calumniae, deq denigrationes, et verba
Mt. XII. 36 otiosa, quae etiam tibi S. Augustinus tiners
libros Retractationum conscripsit, Lp. Proverb.
X. 19. (. Breviter edissere quid verba otiosa.)
Cum autem S. Jacobus dicat: Qui non offen-
dit in lingua, hic perfectus est vir, cumq nos
ad perfectionem tendere oporteat, opus est as
signare remedia ut non delinqueamus in lin-
gua qd esto subjectum hujus paraeneseos.

Corp.

Tria sunt remedia ad bene loquendum: 1. Evi-
tatio multiloquii, 2. reflexio super dicendis,
3. Silentium. De singulis aliquid
1. Multiloquii fuga. In Proverb. X. 19. Ѿ мно-
гословїѧ не избѣжїши грѣха, щадѧй
же оустнъ разумѣнъ бѫдеши. In multilo-
quio non deest peccatum, qui autem mode-

ratur labia sua, prudentissimus est. Et hoc etiam in multiloquio pio. Causa duplex: una ex parte intellectus, altera ex parte voluntatis. Ex parte intellectus: quia, ut Lp. Proverb. p. 23 329. 2. A. impossibile est homini debili singulis suis dictis adeo multis, illam circumspectionem adhibere. Ex parte voluntatis, quia pruritus iste multum loquē di cum jam sit inordinatio, et peccatum, auferet ab anima Spiritum Deī, devotionem, pacem. Sancti Diadochus et Antiochus (Lp. t. to, V. p. 329, 1. C, et 330, 1. B.) declarant hoc similitudine balnei, qd nisi daemon ſt, frigescit, et S. Dorotheus (ibid. p. 329, 1. C.) similitudine furni calefacti, qd nisi obturetur, evaporat ac frigescit. Exemplum memorabile est in libro Sententiae sive Apophtegmatum Patrum cap. 45. Anachoreta, inquit, celebris vidit, cum Fratres de S. scriptura rebus qui loquerentur, angelos se eis miscentes, hilari vultu exultantes. Cum vero ad vana colloquia deflecterent, videt angelos recedentes cum indignatione, daemones vero specie porcos inter colloquentes sese volutantes. Quare circumiens monasteria monebat dicens: Cohibete fratres a multiloquio et abstinete verbis linguam, quia malus interitus animae generatur; et non

intelligimus quia per haec et Dno Deo, et ss. angelis odibiles sumus. Dicit enim Scriptura divina: quia in multiloquio non effugiet peccatum. Haec enim infirmam et vacuam efficiunt mentem atq animam nram. Lp. in Proverb. Sal. X. 19. t. 5. p. 330. 2-B."

Qd Scriptura et Sancti docent, scil. vitandu multiloquium, illud etiam gentilis, et ipse organismus hominis docet. Quoad Gent: Zeno dicebat quosdam discipulos suos esse ψιλολογους, quosdam λογοφιλους. Isocrates a Careone loquaci discipulo duplam mercedem exigebat; alteram inquit, ut loqui discas, alteram ut tacere. Theocritus audiens Anaximenem, dixit: Incipit verbos flumen, mentis gutta. Lp. Jacob. I. 19. t. 19. part. 1. pg. 81. 1. D. et 2. A. — Quoad organism: 1. Dt homini dedit aures apertas ut multa audiret; linguam vero duob. claustris circumsepsit, minimum dentib. et labris, ut esset tardiloquus. — 2. Dt dedit homini duas aures, et unicam linguam, ut innueret, ut ait S. Basil. et ante ipsum Demosthenes, duplo plura illi audienda esse quam proloquenda. Ibid pg. 80. 2. D, 81. 2. A. — Multiloq. vitandum etiam in concionib. (. Lp. t. V. p. 329. 2. B. et Seneca, t. 19. p. 79. 1. B.) et Orationib. taxatum a Dno in Gentib. et Pharisaeis: Putant enim .. exaudientur. Declara pau-

lisper in quo consistat πολυλογία oratio=
nis.– Multiloquio magis addita foeminas; hinc
Newton rogatus cur filiam suam non juberet
instrui variis linguis, respondit: pro foemina e=
tiam una lingua nimis est. Exemplum pau=
ciloquentiae b. V: Vinum non habent. Virum
non cognosco. Conclud. cū s. Jacb. I. 26. Qui put. religio.
2. Ponderatio verbor: Script: Eccli KA. 29: In
ore fatuor cor eor, et in corde sapientium os
illor. Et KH. 29: Словесы твоимъ сотвори вѣсѣ
и вѣрѣ, и устамъ твоимъ сотвори дверь и
заворѣ. Porro David scient qd linguam nullus
hominum domare potest, convertitur ad Dm psl.
141. 3. dicens: Положи Гдн.. монмъ, non tamen
ita ut etiam homo ex parte sua curam linguae
sae omittat. Chmus enim in ps. 140 duos ons
ponit custodes, scil. Dei invocationem et gra=
tiam, ac loquendi rationem et curam rite face=
di vel loquendi. Monet ergo sic: „Os ergo nostrū
perpetuo custodiamus, ei ratiōnem tamquam
clavem adhibendo. Non ut perpetuo clauda=
tur, sed ut conveniente tempore reseretur. Non=
nunquam enim silentium est loquela utili=
us, sicut loquela quoq silentio. Et ideo dice=
bat ille sapientissimus: Tempus tacendi et tem=
pus loquendi (. Eccles. III.). Si enim oporteret o=
ra perpetuo patere, non facte essent portae;
si autem perpetuo clausa esse, non esset opus

custodia. Qd enim clausum est, cui quis custo-
dierit? sed propterea sunt portę et custodi-
a, ut faciamus singula tempore conveni-
ti. Et paulo superius: "Sicut non juvat domus,
"non Urbs, non moenia, non portae, non ostia,
nisi sint qui ea custodiant, et sciant quan-
do oporteat ea quidem claudere, quando vero
aperire; ita etiam oris et linguę nulla esset u-
tilitas, nisi sit ratio, cui scienter, accurate
ac circumspecte ea claudere et aperire per-
missum sit, et sciat quae sint efferenda, quę
vero retinenda. ap. Lp. t. X. p. 102. Ri. D.

3. Silentium. "Non dico absolutum; si enim por-
ta semper clausa maneret, esset inutilis;
sed sicut porta communiter clausa manet,
nec aperitur nisi ad necessit.m vel utilit.m
ita et os hominis. Ideo Jacob. I. 19: Sit
autem omn.. velox ad aud. tardus ad lo-
quendum. Rationem hujus dicti dat Aristo
teles, ex quo auditus est sensus disciplinę, unde discipulos omnes haurire vide-
mus sapientiam audiendo magistros.
Ita S. Thomas Aq. attente et silenter au-
diebat Albertum M. adeo ut a condiscipu-
lis per scomma vocaretur Bos mutus. Sed
defendit eum Albertus dicens: Bos mutus
tantos mox edet mugitus, ut eos totus
audiat mundus. (. Lp. t. 19. p. 79. l. D.)

S. Basilius in monasterio silentium coluit per tredecim annos, totus vacans lectioni s. Scipt. et orationi. Pythagoras a suis discipulis exigebat quinquennale silentium. Celebre est illud Publii Mimi: Tacere quisquis nescit, hic nescit loqui. "Silentium Dni coram Pilato multo eloquentius omnib. sermonib. Judaeorj et licet eum damnasset, innocentiam tamen ejus publice professus est, lavando manus.

Concl.

Generale medium ad beneloq. est esse justos, tunc Sps s. docebit nos bene loqui. "Vena vitae os justi, et os impiorj operit iniquitatem: Исто́чникъ жи́зни въ рѹцѣ пра́вдна=го, ѹ́стна́ же нечести́ваго покры́етъ па=гу́ба. Econtra de perversj Pharisaeis Dnus Mt. BÏ-34: Порожде́нія ехї́днова, ка́ко мо́жете до́бро гла́ти, ля́кови сѹ́ще? ѿ и́збы́тка бо се́рдца ѹ́стна глаго́лютъ. Curemus ergo per conscientiae mundiciem templa fieri Sps s. qui nos docebit bene loqui, ipsi gloria in ea cum P. et F. in saecula-Amen.

## 55. Oblocutio.

Exord.

Factum de M. obloquente Moysen, Num. XII. S. Ephaem de morbo linguae: Ex tetterrima M^ae prophetissae lepra docemur quam grave

ac detestabile vitium sit obtrectatio. Cor-
pus qd lepra infectum cernebatur, velut spe-
culum quoddam fuit animae, quae non perspi-
ciebatur, cujus indicabat maculam. Ex illa
carnis corruptione patefactum est, quomodo
hominis detractoris corrumpatur animus, nā
sicut illa defecerat a fratre suo, ita et ab
ipsa proprium corpus defecit, ut ex semetip-
sa charitm addisceret. ap. Lp. t. II. Num. XII. 10
Ego postquam praecedenti paraenesi osten-
derim daxxxa linguae vitia in genere, nunc
ostendam vobis vitium detractionis in spe-
cie, eo qd in illud maxime impingunt homi-
nes etiam spīles, praesertim in conversatio-
nib. ita ut S. Augst. ad illud praecavendū
in pariete cubiculi sui inscripserit disti-
chum quo dicebat eum qui secum velit
conversari, debere abstinere ab obloquuti-
one alterius. S. Hieronymus ad Calauti-
am: Pauci sunt qui huic vitio renuncient,
tantaq hujus mali libido mentes hominū
invasit, ut etiam qui procul aliis vitiis
recesserunt, in istud tamen quasi in extra-
neum laqueum incidant, ap. Lp. Hierem. IX.
8. t. XI. p. 891. 2. D. Et ipse ALp. Hierem. IV. 9.
"Censent prudentes viri, majorem pardem
"hominum damnari ob peccatum detracti-
onis et maledictionis, adeoq in Religionib.

et Cognib. alioquin probis et securis non es-
se majus periculum salutis quam a lin-
gua et a detractione; quin imo in iis non
raro peccari non tantum venialiter sed
et mortaliter in hac materia, eoq periculo-
sius qd detrahentes ipsum non adver-
dant, vel praetextu zeli excusent. Circa hoc
vitium duo ostendenda: 1. Quam damnosa
detractio; 2. Quomodo ab ea nobis caveamus.

Corp.

I Damna detractionis. Haec individua,
familias, domos, urbes, Respublicas et
Regna implet vixis bellis. Sapientia Sirch.
кн. 15, 16, 17, 18. 20, 21, 23, 24: Шепотникаи
двоязычника подобаетъ клясти: мно-
гихъ бо мирныхъ погубиша. Языкъ тре-
губый многихъ потрясе, и разлучи ихъ
отъ языка въ языкъ, и грады твердыя
разори, и домы вельможей преврати.
Языкъ трегубый жены добліихъ изгна,
и лиши ихъ отъ трудовъ своихъ. + Мнози
падоша острiемъ меча, но не якоже
падшiи языкомъ.. Смерть люта смерть
его, и паче его лучше есть адъ.
Quae. Cui nocet? Resp. Lingua detractoris
est tripla, quia uno ictu tres vulnerat et
confici; scil. eum cui detrahit, ei famā
adimendo; et apud eum quem detrahit, e-

+ Ꙗ҆зва бична́ꙗ стрꙋ́пы твори́тъ, ꙗ҆зва же ꙗ҆зы́чнаѧ сокрꙋшаетъ ко́сти.

jus mentem calumnia et odio proximi imbu=
endo; et seipsum, in lethali peccato sociando.
S. Bern. ap. Lp. t. X. p. 94. 2. C. — Scopus
et malitia detrahentij ut per discordiam duor
ipse comodum lucretur. Quoad scopum, Phae=
drus ap. Lp. t. 10. p. 93, 2. C. Quoad malitiam,
Cicero in Offic: "Detrahere alteri, et hominij
incomodo suum comodum angere, magis est
contra naturam quam mors, quam dolor,
quam caetera quae possunt aut corpori ac=
cidere, aut rebus externis. Nam principio
tollunt convictum hominum et societatem. —
Ex eo etiam capite damnosa, quia cum ex
una parte leneatur detractor ad restitutio=
nem (. Non remittitur .. ablatum S. Augst; et
melius est nomen bonum .. multaq. (Ptt. Kb. 1.)
ex altera in difficillimum, ac saepe impossi=
bile, ideo cum continuo onere debiti manet.
S. Philippus detractori poenitentiam colum=
bae deplumandae, ac dein plumas colligen=
di imponens Can. Vid. t. 1. n. 48.

II. Modus cavendi sibi ab ea: Intra nos:
Слышалъ ли есй слово (. Vulg. et Chmus: ad=
versus proximum tuum.) да отрекъсь тобою:
не отъбойся не раскорчитъ тебе. Ecclici 28. 1.
10. Non te disrumpet, quasi vinum vetus ubef
novas, ut Lp. hic. ap. quem t. 9. p. 601. 2. C.

Lp. t. 5. X. p. 432. 2. B.

† qd sit cavendū a detractore: Sepi aures
~~Prov~~ (: Sept: x⁻ inpa possessionem) "mas spiritꝰ,
Ps 11.28. et linguam nequam & noli audire. Mo 2
Eccli. dus: Intra nos etc

Chmus explodit ridiculosissim eos qui sub se
creto mali quid de altero alicui pandunt.
Ab extra: Vultu, Proverb. XXV. 23. juxta Vulg:
Ventus aquilo dissipat pluvias, et facies
tristis linguam detrahentem. — Verbo, aut
divertendo alio sermonem (S. Thomas Morus
Angliae Cancellarius vir sapientia et vir-
tute celebris, exempli gr. dicebat: Dicat
quisq quo volet, ego dicam domum istam
pulcherrime extructam, eumq qui eam fa-
bricavit, excellentem in sua arte esse ar-
chitectum.), aut corrigendo blandius: No-
lite judicare... judicemini: Nolite ante
tempus judicare. I. Cor. IV; quandoq increpando dure, ut Superior; aut vitium proprium ei objiciat, ut Chs accusatoribus adulteraq Jo. VIII. 7. — Facto: Somnum ciendo aut simulando ut Machabeus erebat ap. Cassianum. Lp. t. X. p. 100. 2. CD.
Modus quo non detrahamus alteri, est sua praeoculis habere vitia. Pior abbas audiens detrahentes, tacens egressus saccum implevit arena eumq dorso gestavit, in altero vero pauco exiguo misit parum arenae, illudq ante se tulit. Rogatus quid per hoc significare vellet, respondit: Saccus habens multam arenam significat me meaq peccata plurima, quae reieci in dorsum, nolens illa videre ut pro illis doleam et plangam.

Et ecce panca haec delicta fratris mei posui ante oculos meos, et crucior in ipsis condemnans fratrem. Sed non oportet sic judicare; quin potius ea ante me adducere, et de ipsis cogitare et rogare Dm ut mihi indulgeat. Qd audientes Patres dixerunt: In veritate haec est via salutis. Ruffin. lib. 3. n. 136. Hoc congruit cum verbis Dni: Quid videt festucam .. non consideras? et cum praecepto verbis orationis Ephraem. Γ҃ѧн п Вѣко хнв. м, praescripta saepe in officio diei 40ma cujus postremum membrum: Ей Г҃и, дша мдь ммп зрѣтн ... вѣкн. Am. Orationem autem hanc frequentando multo plus faciemus quam nostra industria, quia haec industria dabitur nobis a Spiritu per orationem ab ipso nobis suggesta. Si gloria cum P. et F. in saecula. Amen.

Lp. t. x. p. 101. l. D. Gtid. Amprof. col. 2. C.

56. 57. ut in Indice To mi: Zel. Orat.

## 58. Lucta cum Diabolo.

### Exord.

Adolescens quidam nobili genere natus, mortuis genitorib. relictoq sibi ab ipsis amplo patrimonio, cum quadam die ingressus esset Eccliam, audiisq ibid. lecta illa Evangelii verba quibus Dnus discipulos compellaverat: Si vis perfectus .. me: Аще хощеши совершенъ быти, иди, продажды имѣніе

твоѐ, и̑ дажды ни́щим, и̑ и̑мѣ́ти и̑маши сокро́вищѧ на нб҃сѣ̀, и̑ гряди̑ вьслѣ́дь менѐ. Мт. гл҃и̑. 21.
haec tamquam ad se dicta accipiens, domum versus vendidit patrimonium, distribuitq; pauperib. reservata modica parte pro sustentatione sororis, juniorij se, et relinquens mundum secessit in solitudinem citra Urbem, aemulans exemplum et virtutes cujusdam senij in vicino agello solitariam vitam agentis. Hic quomodo ab invidente Diabolo appeteretur, esto subjectum hodierni sermonis, ut discamus et nos cognoscere fraudes inimici, et certare cum illo.

Corp.

Vexavit eum diabolus moraliter et physice, scil. tum suasione, tum corporis percussione.

Moralit: „ Et primo quidem generis nobilitatem, amplissimas possessiones, sororij in miseranda orbita. Le + defensionem, fluxam saeculi gloriam, atq reliqua + relictę remissorij vitae blandimenta proponebat, deinde aridam virtutis servitutem, et imbecillam naturam, et prolixa aetatis spatia, quo illi sine ulla intermissione cum infestis hostib. decertandum esset, suggerebat, tantaq cogitationum caligine animum ejus interdum involvebat, ut omnis div. consolationis splendor ereptus videretur. Non tamen potuit tam vehementi tentationum procella a recto cum itinere revocare. Quare vali-

diorib. eum armis aggressus, nocturnis ~~xxx~~ illecebris subvertere tentabat. Erat sane acerrimum inter utrumq certamen. Ille sensus naturali carnis ardore distillabat, hic fide, vigiliis et jejuniis corpus omne vallabat. Ille per noctes in pulchra mulieris verebatur ornatum, nulla figmenta lasciviae omittens: hic ultrices gehennae flamas ingestae sibi libidini opponebat. Ille lubricum adolescentiae iter, et ad ruinam facile proponebat: hic aeterna futuri judicii tormenta considerans, illaesam animae primitalem pertentamenta servabat. Postremo, cum nullis admotis machinis eum draco dejicere posset, in horrida et tetra pueri speciè apparens, et ad ejus se genua provolvens, miserabili valde ejulatu clamabat: Multos ego seduxi, plurimos callida circumventione dejeci, nunc autem tuo superatus labore prosternor. Quem cum quisnam esset, interrogaret, respondit: Ego sum fornicationis amicus, qui primum adolescentiae florem turpitudinis spiritu conculco, et impurissimę libidinis contagione inficio. Quantas ego virtute mea animarum strages edidi! quam multos a puritate ad pristinas redigere sordes compuli! Et nunc me miserum, tua virtute prostratus jacco. Hij auditis Chrisostomus, revera, inquit et atas et obscuritas, et cetera infirmitatis suae signa te nulla praeditum virtute declarant, meritoq te despicabilem reddunt. Ad hanc vocem phantasma statim evanuit. "
(Lipelloo, tom. 1. p. 122. 1. C.)

Physic:

Physic: Durioni se adhuc vitae dans: „Hinc ad sepulcra
non longe a villa remota, „ut excellentius se
in suscepto certamine gereret, secessit, uni
de cognatis, ut statutis sibi dieb. alimenta
deferret mandans. Diabolus autem metuens
ne temporis successu heremum sanctis mona-
chorum incolis repleret, aggregatis satellitib.
suis, tam districta eum caede mactavit, ut
doloris magnitudo et motum auferret et vocem.
Alio die frater cibos deferens advenit, sed jacen-
tem in terra semimortuum gravis sorib. inve-
nit. Sublatum igitur humilij ad villulę domi-
cilium reportavit. Quo audito, ingens vicinorum
multitudo funeri debitum redditura officium
confluxit. Jamq media noctis parte transacta,
gravij pervigiles omnium oculos vicerat sopor,
cum Antonius suspirans capite elevato, eum
a quo deladus fuerat vigilare conspexit, quem
protinus advocans, obsecravit, ut se ad pristi-
num certaminis deferret locum. Paruit ille,
et Antonius quidem, quia pedib. insistere prop„
ter multiplices plagas non poterat, prostra„
tus in terram, hostilem in se furorem magis
provocabat. Diabolus athletae fortitud^m ve
hementer exadmirans, prendens gemensq re„
pentinum adeoq vehemendem sonitum exci-
tavit, ut loco funditus agitato, et parietibus
concussij, extremum excidium minitare vi-
deretur. Et statim ingens daemonum turba

horribili et valde metuenda specie apparu
it. Alii leonum, alii taurorz, alii luporz, aspi=
dum et serpentum referebant formas. Tru=
ces erant omnium vultus, et vocis horridę
dirus auditus. Antonius vulnerib. totus con=
cisus, asperiores quidem dolores corporis senti=
ebat, sed mente imperterrita, inanes eorz terro=
res irridebat. Fremebant illi dentib., cum An=
tonius elevatis oculis, splendidissimum quen=
dam lucis radium ad se influere vidit, cujus
splendore, et daemonum turba fugata et do=
lor omnis extemplo ~~fugatus~~ dele est. Similiter
et aedificium qd malitia eorz dissolutum fu=
erat, instauradum est. Illico his signis An
tonius Chi praesentiam intellexit, et exi=
mo pectore longa trahens suspiria, Dñe Je=
su, dicebat, ubi eras? Quare non a prinċi=
pio diras plagas sanasti? Cui Dñus: Erā
ego praesens, o Antoni, et certamen qd excel=
so invictoq animo gessisti spectabam. Nunc
audem quia tanta constantia pro mei nomi=
nis amore decertasti, ego vicissim nomen
tuum toto orbe terraz celeberrimum reddam.

Ibid. p. 122. 2. D.

Applic. Nunc temporis diabolus influit in ho=
mines nonnisi moraliter, raro physice. Exē=
plum illius qui circuiens vespere Pincium
infra sepulcra gentilium, et fere opem pedes
a Daemone, ab eo tactus cecidit, jamiq se=

mivivus usq mane. Idem s. Antonius ap. s. Athanasium vidit totum mundum obtectu laqueis diaboli, admiransq dixit: Dne, esquis poterit effugere laqueos ejus? et acceptre sponsum: Humilis. Nyssenus dicit quemq hominem habere a Satana deputatum unu diabolum ad tentandum; et Cassianus ait unumqdq vitium habere tentatorem peculiarem. Nemo ergo praesumat qd liber futurus sit a tentationib. Imo quo quis perfectior, eo majorib. permittitur a Dno tentationib; et nullus aut parvas experiri tentationes signum est nullius aut parvae virtutis. Exemplum daemonij elusi Can. Vit. t. I. n. 45. et s. Macarii cum duob. monachis tentatis ap. Rodrig. parte II. Tract. IV. c. 9.

Concl.

Modus quo nos oppugnat diabolus ap. s. Ign. de Discret. Spirit. Msl: 1. ut foeminarium cum viro. (Resistite Diabolo, et fugiet a vobis.), 2. ut amasium, ut belli Dux (Msc p. 305, reg. 12, (XV) 13, et 14.). Etiam transfigurando se in angelum lucis, incipiendo a pijs cogitatib. et desinendo in malam Ibid. p. 314. reg. 4. Actio contraria duor Spirituum boni et mali, Ibid. p. 318. reg. 7. et p. 293. reg. 1. et 2. et quidem in anima carnali, et Spli. Deus qui non simul nos tentari supra id qd possumus, sed dat etiam cum tentatione proventum, gratiaq actio in saecul. sec. A.

Huc et Cyprian. ap. Lp. t. 19. pt. 1. p. 432. l. A.

# 59. Fides in Ecclam Chi.

Exord.

Quoniam tempora sunt ista modicae fidei, dis
feram vobis de fide in Chm, in ejus Ecclam. In
multis laicis, et in qbsdam clericis observatur
defectus fidei. In laicis: praesertim medicis, qui
communiter sunt materialistae. De Academicis
vestris quidam vestrum dixit mihi qd nil cre=
dant, et qd Alumni quoq primum in Semina=
rio incipiunt aperire oculos, adeo mentes eorum
involutae sunt objectionib. contra fidem. Hodie
saepe fundamenta fidei ignorantur et nonnisi
objectiones sine solutionib. noscuntur. Cleri=
ci: subinde in hoc Seminario absq fide inveni=
untur, qd ex vestro testimonio accipio; quidam
enim vestrum aliquot ante annos instructionem
a me petiturus accurrit quomodo cum dali suo
socio aperte qd nil crederet ei manifestanti, pro=
cedere debeat. De Sacerdotib: quidam Judaeus ma
strucam mihi conficiens excusationem a me peti=
it qd diceret aliquid dictum sibi a quodam Sa=
cerdote, scil. Chm crucifixum non esse Deum, et
hoc dogma inventum fuisse solum ad terrendos
villicos. Cum cooperator essem ap. S. Georgium.
fuerat ibi damnatus ad recollectionem quidam Sa=
cerdos qui infidelitatem suam argumentando con=
tra S. Scripturam ostendebat, cujus infidelitatis poe=
na fuit desperatio, et mors improvisa ex despera=

tione. Exiens enim ad cancellos superiores a-
trii Presbyterii, dixit se velle praecipitare seipsū
deorsum, sed, ait, non potero me interficere ad
semel. Frustra Cantor chori dextri suggerebat illi
misericordiam Dei; ille enim reversus in cel-
lam suam projecit se in lectum, ibiq impro-
viso efflavit ejecitve spiritum; quem cum sepel-
lirem, contra meam persuasionem legi super
eum in Прощальна verba: раба тв. ѿ насъ къ
тебѣ въ вѣрѣ и надеждѣ воскресенїа и къ по-
каянїи ѿшедшаго. In oculis alterius presby-
teri tunc temporis ap. S. Georgium versantis, Chs
D. non aliud erat quam Confucius, Zoroaster, Pla-
to aliq Gentium sapientes legislatores. (Hocus
pocus ✠ ✠ ✠ ✠ D.). Ad hos confutandos nosque
ipsos in fide magis magisque stabiliendos de-
monstranda brevi veracitas Fidei Chnae; at locū
meum in hac paraenesi suppleat Napoleon I. Bo-
naparte Genius militaris.

C o r p.

Quoniam centrum fidei Chi est Chus P. au-
dite quomodo auctoritatem Primatus ejus fatea-
tur. In culmine gloriae suae constitutus, ita
de eo loquitur: Ego inveni in meo saeculo
unum Presbyterum potentiorem me, quia
ipse regnat super Spiritibus, et ego regno so-
lum supra materiam. (S. M. Artaud, Histoi-
re de Pie VII. chap. 29.). Potentia tamen sua

temporali licet amplissima non contentus, totū-
que Orbem sibi subigere studens, etiam parvis S.
Petri dominij temporalib. non parcit, excōmuni-
cationem Rmi P. sperniit, duosq venerandos Senes
Pontifices incarcerare ausus est.[a] Sed qui concus-
sit terram (. потрясъ землю .) luctuosq est
cum universo mundo solus, и обагрив зе-
млю кровію множества народовъ, jamjam de
omnib. triumphaturus, concutitur a Deo, deq
sublimitate throni a Deo in terram projicitur,
prostratus non vi armor sed gelu. Bene tamē
dixit Sps S: Vexatio dat intellectum. Napoleo
derelictus a fortuna, traditus a suis, illusus
a Senatu Gallico, victus a Potentiis confoede-
ratis, inclusus carcere ab Anglia, vidit et
veluti manu tetigit „rumorem mundanum
esse nonnisi fluxum", contemplatusq Rom. Pm
quem pauci abhinc annis spoliaverat, et in-
carceraverat, redeuntem Romam, et iterum
recuperandem sua dominia, legibq festivas
Exceptiones triumphij veterum superiores.
Postquam haec omnia vidisset haec facta
extraordinaria a se paulo ante velut absur-
da habita, mirab. ad finem conversi mecum,
tus est Jesum Chm, ejusq Eccliam, ita enun-
cians: Les peuples passent, les trones crou-
lent, et l'Eglise demeure!" (Quae sequun-
tur, excerpta ex Sentiments de Napoléon sur

a.) Dehoz captivit. holzmanff t. 7. pg. 173 et 295. Napoleonis doctrina breviandа, et addenda alia ejusdem, ex Quartalschrift 1902 fasc. IV. p. 970. Addenda vota Socratis et Platonis ex tua Miscell. ethica p. 408; et adoratio Alex. M. Jaddo Pontifici ex dictionario Biblico Calmeti. – Doctrina Socialistarum, seu Massonum.

le Christianisme par le chev. Beauterne chap. VI.) Jure autem merito dicebat se poenitere qd Generalem fecisset Bertrandum hominem absq fide. Napoleo ergo captivus in insula S.te Elennæ, credebat et meditabatur: Ego novi homines, dicebat ad Generalem "Bertrand, et tibi dico Jesum non esse hominem. Quidam spiritus superficiales vident similitudinem inter Chm et fundatores Imperiorz, domitores populorz, Deosq aliarz religionum. Haec similitudo non existit. Existit inter Chnismum et quamcumq aliam religionem distantia infinita. Et dum vani spiritus autumant credere esse mulierculas, Napoleo observabat: "Maximos Spiritus potf apparitionem Chnismi, habuisse fidem, et quidem fidem vivam, fidem practicam, in mysteria ac dogmata Evangelii; nec solum Bossuetum et Fenelonum destinatos ad illud praedicandum, sed a Descartes et Newtonum, Leib" nicium et Pascalem, Corneilum et Racinum, Carolum M. et Ludovicum XIV. Quo modo accidit vero accidit ut symbolum adeo mysticum adq profundum veneration ha beatur a nostris maximis hominib., Dum theogonie.. a nemine hominum instructo et fidem ~~habere~~ extorquere potuerunt? Quis

maledixit plus Olympum paganum quam ipsi Pagani? „Cuncta in eo (Chō) me in admirationem trahunt; ejus spiritus me supergreditur, ejus veritas me confundit. Inter ipsum et quamlibet aliam rem mundi, non datur aliquis terminus possibilis comparationis... Quo magis me ei appropinquo, quo magis eum propius examino, eo magis eum cerno superiorem me. Per ~~eff~~ omnia est magnus magnitudine quae me conterit.. Aīa ei sufficit, sicut ipse sufficit animae. Usq ad diē ejus anima erat nihil, materia ac tempus erant dominatores mundi. Ad ejus vocem omnia redierunt in ordinem. Scientia et philosophia non sunt amplius nisi opus secundarium. Anima reacquisivit suam supremam dominationem. Totum aedificium scholae corruit a facie unius verbi: Fides. Tu loqueris de Confucio, de Numa, de Zo"roästre, de Jove, de Malumele; at intercedit inter eos et Jesum Chm hoc discrimen ... Actio horum mortalium restricta fuit ad ipsorz vitam, et vivendes statuerunt cultum sui sevum ope passionum suarz, pervim, et favent. eventib. politicis. J. Chs ~~xx~~ exspectavit totum a morte sua. ⁊. И ѓщеѣ вознесéнъ бýдý ѿ земли, всѧ привлекý къ себ҃ѣ. J. Potestne esse ista inventio hominis?

//

Hic Napoleo intrabat ad meditandum J.
Chm crucifixum, qui jubebat suos aplos
praedicare crucem, et promittit eis qd con=
verderent mundum. Et haec stulta promis=
sio, ita bene appellata a S. Paulo, stultitia
crucis, ista praedictio unius pauperis cru=
cifixi literaliter verificata est. Et quidem
modus verificationis fors adhuc mirabilior
est ipsa promissione. Non una dies, non
una pugna fuit quae decidit. An vita u=
nius hominis. Nequaquam; est bellum, lon=
ga pugna sexcentos annos, coeptum ab a=
pliis, prosecutum ab eos successorib. et ab
unda successiva generationum Chnas.
Quae reflexio ducebat Napoleonem ad conver=
tendum oculos suos in Rnos Pontifices. Pott
S. Petrum triginta duo Pontifices Romani,
qui successerunt ejus Primatui, subierunt
martyrium ac ipse. Ita per tria saecula Ca=
thedra Romana fuit patibulum qd procu=
rabat infallibiliter mortem iis qui ad eam
vocati erant. Et quidem raro alii Epi, du=
rante hac periodo sexentos annos habue=
runt meliorem sortem. In hac pugna omnes
reges, et omnes vires terrae ex uno latere
inveniebantur, ex altero non video exercitus,
sed energian nyxt latentem, et aliquos ho=
mines sparsos hinc et illuc in omnes partes
globi, non aliud habentes signum unionis,

quam unam eandemque fidem in mysterium
Crucis.
Napoleo ita continuabat interrogare Gene-
ralem Bertrand: „Intelligisne tu hominem
mortuum bello terras subjicientem exerci-
tu fideli ac prorsus devoto memorię ejus?
Capisne tu unum phantasma qd habeat
milites absq stipendio, sine spe in hoc mun-
do, qd eis inspirat perseverantiam, et facit
eos sufferre omnigenas privationes? Ah!
corpus Turennis erat adhuc calidum, et
exercitus ejus castra dissolvit coram Monte-
cuccoli. Et quoad me, milites mei oblivisce-
tur mei licet viventis, sicut exercitus Cartha-
giniensis oblivisceabatur Hannibalis. Ecce
nostra sunta rerum, sunta rerum nostrum,
magnor hominum. Una pugna nos pro-
strat, et adversitas aufert nobis amicos. ...
Potesne tu imaginari Caesarem Imperatorem
eternum Senatus Rni, gubernantem Impe-
rium ab imo sui Mausolei, et vigilantem
super sorte Romae. Ecce modo Italy est histo-
ria subjectionis (= conquista.) mundi per Chri-
smum. Ecce potentiam Dei Christianor, et per
petuum miraculum progressus fidei, et
gubernationis ejus Ecclesiae: Populi transeunt,
Throni ruunt, et Ecclia permanet. Denique si-
de intellexit fulmen excommunicationis sibi a Ch.
Pontifice div. virtute inflictum, quare et in arti-

culo mortis constitutus efflagitavit absolutionem a Venerando Pontifice, cujus legatus licet jam sero ad ipsum pervenerit, fidei tamen ac poenitentiae merito eum a Dno ab ea absolutum speramus.

## Concl.

Si homo iste solus armis deditus tam exactas excelsasq ideas fovebat circa fidem, circa Chm, circa Eccl̃am Chi, quid respondebunt ~~ad~~ ante tribunal Dei illi clerici qui propter negligentiam studiorz vel malitiam tam contrarias ideas habent in re fidei quae est fundamentum salutis aeternae hominis? Judaei errantes in deserto non intraverunt in terram promissionis ob incredulitatem, inquit Apls (~ Hebr.); sic tales ob eandem non intrabunt in terram promissionis coelestem. Imitemur prudentiam serpentis, qui, ut observat s. Hieronymus[a.] ut servet ~~cor~~ caput suum, objicit ictibus totum corpus. Exponamus nostra omnia etiam vitam corporis, ut servemus vitam animae; non modo divitias, como dita. tes, sed ipsam vitam corporis. Quam prudentiam donet nobis Dnus, cui potestas et gloria in saecula saeculorz. A.

a.) „ Serpendis astutia ponitur in exemplum, quia to-
to corpore occultat caput, ut illud in quo vita est, pro-
tegat. Ita nos toto periculo corporis caput nostrum
qui Chs est, custodiamus, i. e. fidem integram et
incorruptam servare studeamus. „ ap. Lp. in Mt. X-16.

# 60. Dispositio ad Fidem.

Exord.

